Quoniam omnes propemodum tam apud grae
cos quam apud latinos studiosi ad scribendum uiri. qui res
gestas regum populorumque ob diuturnam memoriam
uerbis propagauerunt initium scribendi a nino beli filio
rege assyriorum fecere; qui cum opinione cęca mundi origi
nem creaturamque hominum sine initio credi uelint. coe
pisse tamen ab hoc regna bellaque definiunt; quasi uero
eatenus humanum genus ritu pecudum uixerit. & tunc primum
uelut ad nouam prouidentiam concussum suscitatumque
uigilarit; Ego initium miseriae hominum ab initio peccati
hominis ducere institui paucis dumtaxat isdemque breui
ter delibatis; Sunt autem ab adam primo homine usque
ad ninum magnum ut dicunt regem quando natus est abraham.
anni ĪĪĪ CLXXXIIII. qui ab omnibus historiographis uel omissi uel
ignorati sunt. A nino autem uel ab abraham usque ad cae
sarem augustum id est usque ad natiuitatem xpi. quae fuit an
no imperii caesaris quadragesimo secundo. cum facta pace cum
parthis iani portae clausae sunt & bella toto orbe cessarunt. col
liguntur anni ĪĪ XU. in quib; se inter actores scriptoresque om
nium otia negotiaque triuerunt; quapropter res ipsa exigit. in vi libro
ex his libris quam breuissime uel pauca contingere. qui ori
ginem mundi loquentes praeteritorum fidem an nuntiati
one futurorum & post subsequa probatione fecerunt; non
quo auctoritatem eorum cuiquam uideamur ingerere.
sed quo operae pretium sit de opinione uulgata quae nobis cum
omnib; communis est commonere primum quasi diuina pro
uidentia. quae sicut bona ita & iusta est agitur mundus &
homo. hominem autem qui con uertibilitate naturae & liber
tate licentiae & infirmus & contumax est. sicut pie gubernari
egenum copiis oport& ita iuste corripi immoderatae liber
tatis necesse est; iure ab initio hominis per bona malaque al

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_829/0009